

Joachim Schönermarck

Programma, Quo, Magnus Academiae Rostochiensis Rector, Joachimus Schönermarck I.D. & Prof. P. ad exequias; ... Matronae Elisabethae Koltzoviae ... Casparis Friesen viduae, a Moestißimo Patre ... Dn. Joanne Koltzovio, Senatore Reip. Rostochiensis ... hodie ... paratas, Omnes omnium ordinum ... peramanter invitat ...


Rostochi[i]: Pedanus, 1625


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn771554001>

Druck Freier  Zugang



Schönermarch, J.,
in E. Koltzov,
vid. C. Friesen.
R. 1625.





PROGRAMMA,

quo,

Magnificus Academiae Rostochiensis

RECTOR,

JOACHIMUS SCHONERMARCH

J. D. & Prof. P.

ad exequias;

Lectissima & ornatissima Matrona

ELISABETHA

KOLTZOVI

Optimi quondam viri & civis

CASPARIS FRIESEN

viduae

Maestissimo Patre, viro amplissimo

Dn. JOANNE KOLTZOVIO, Senatore

Rostochiensis meritissimo,

bodie hora prima in aede Mariana paratas,

Omnes omnium ordinum almae hujus Universitatis

cives peramanter invitat.

a. d. 21. Augusti.



ROSTOCHI

Excudebat Joachimus Pedanus, Acad. Typog.

ANNO M. DC. XXV.

*Contoni
1700*





RECTOR
ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS,
JOACHIMUS
SCHONERMARCH,
J.D. & P.P.



Uere HIEROSOLYMA urbs:
quondam, non solum, ut Pli-
nius, longè clarissima urbium
orientis; ut alij, toto orbe terra-
rum primaria, quippe, quæ te-
ste partim Josepho, partim etiam
Strabone & Tacito, opibus fir-
ma, magnitudine & ædificio-
rum splendore admiranda, divi-
tijijs abundans, templi structurâ stupenda, muris, turri-
bus, propugnaculis munitissima, frequentia & nobilita-
te civium spectatissima: sed etiam, quo ipso nihil majus
optari aut esse potest, Dei ipsius domicilium & habitatio
& sedes peculiaris: quæ, cum Deus ipsi velut in civitatem
asseriptus esset, cœli instar fuit, in qua Deus ipse cum
Angelis habitavit. Hæc sedes fuit ordinaria Religionis
& cultus divini: hęc Patriarchæ pleriq; omnes & vixe-
runt,

70

runt & sepulti sunt: hinc tandem Christus Filius Dei ver-
fatus est, hinc docuit, hinc mortuus est & sepultus & ex
mortuis resurrexit, ac Spiritum Sanctum dedit. O clari-
tatem urbis, cui nulla comparari potest! quæ tanta glo-
ria cumulata fuit, ut similem Sol nou viderit unquam,
nec ad finem usq; seculorum visurus est. In hanc tamen,
quia verbum Jehovæ aspernabatur, nec admonitioni-
bus locum ullum relinquebat, omnem iram Deus effu-
dit, quæ non nisi atrocissimis supplicijs esset finienda.
Hanc cladem cum propè abesse prospiceret CHRISTUS
Dominus in lacrymas effusus acerbissimas, *Si cognovisses,*
inquit, & quidem *in hac die tua, qua ad pacem tuam perti-*
nent: sed ea nunc occulta sunt oculis tuis: simulq; prædicit,
urbem pulcerrimam tam miserè evertendam & solo æ-
quandam esse, ut ne lapis quidem super lapidem relin-
quatur: eò quod non noverit tempus illud visitationis
sue. Nec eventus defuit vaticinio. De quo excidio
Gregorius Nazianzenus testimonium suum nobis dabit:
ipse, ait, exitus doceat & ipsa captivitas eorum subjecta
Romanis, cujus quis potest enumerare clades? qui libri
de ipsorum miserijs possunt scribi? nisi quod unus liber
est universus orbis terrarum, qui vastitatem eorum quo-
tidie calamitatesq; testatur, & Hierosolymorum ad fun-
damenta usq; destructionem. Hæc ille. Sed lacrymæ
Christi quid aliud fuerunt, quid aliud sunt, quàm testi-
monium, non delectari Deum morte & interitu pecca-
torum, sed eorundem potius conversione & vita? pater-
naq; & misericordiæ ac divinæ tum erga populum suum
tum erga nos, clementiæ plena ad respiscendum & pœ-
nitendum prægnansq; invitatio? deniq;, ne tempus vi-
sitationis hujus tam opportunum, tam optatum sur-
dis

dis auribus oscitanterq; flagitiosa quadam securitate
præterlabi patiamur, sed illud cupide amplectamur, seria
commonestatio & obtestatio? Felicem ter & amplius,
qui lacrymis his locum relinquit; qui visitanti Deo sese
dat & concedit totum! Felices & nos, si Judæorum malo
edocti & territi veniamus ad Christum Dominum, toto
die nos ad se vocantem, qui offert nobis caput suum,
quod habet inclinatum ad osculandum; brachia, quæ
habet expansa ad amplectendum; cor, ad diligendum;
totum corpus, ad redimendum! Hoc tempus Visitatio-
nis suæ agnovit pia & lectissima matrona, *Elisabetta Koltzovia*:
cui hodie funus ducetur. In vitam venit hæc
piè defuncta *Elisabetta* a. d. 25. Octobris, Anno repara-
tæ salutis 1583: nata optimis Parentibus, Patre, viro am-
plissimo & prudentissimo, *Dn. Joanne Koltzovio*, patriæ
Reip. Senatore meritissimo: Matre, Femina ornatissima
Anna Dossen. Patrum habuit Reverendum & doctissi-
mum virum, *Dn. M. Christianum Koltzovium*, Ecclesia-
sten olim Rostochiensem ad D. Mariam: Avunculum
Clarissimum & excellentissimum virum p. m. *Dn. Nico-
laum Dossen*, Medicinæ Doctorem: Avunculum magnum,
eximium quondam Medicum *Dn. M. Franciscum Denium*.
Hac in familia hisce Parentibus nata *Elisabetta* non po-
tuit non in officina Pietatis virtutumq; palæstra rectissi-
mè ad omnem honestatis cultum actionesq; illi sexui
convenientes, institui & educari: quam etiam decentem
purpuram in omni vita sua secum circumtulit, seq; ea ma-
gis, quam quovis auro argentoq; quibusvis gemmis ve-
stibusq; exornatam, omnibus pijs demonstravit. Cumq;
hic ipsius esset mundus, hic cultus, neq; cætera bona,
quæ ad femineum sexum commendandum faciunt, de-
essent:

essent: factum est, ut anno Christi 1602. Domino ita-
disponente, præstantissimo viro juveni *Cassaro Friesen*,
gradum inter optimos hujus inclutæ Urbis cives hono-
ratarum obtinenti, Spectatissimi *Dn. Nicolai Friesen*, pri-
marij item patriæ Reip. civis, Fratri in manus per hono-
rabile matrimonium veniret. Quod conjugium, etsi si-
ne prole fuit; non tamen sine Sole esse unquam depre-
henfum est. Placidissima fuit hujus nostræ piæ defunctæ
cum placidissimo marito annos 22. conjugalis & amicif-
sima conjunctio. Quo exemplo, quaq; rei pulcritudine
commotus, *Nicolaus*, quem diximus, *Friese*, & ipse; post-
quam cum Mors lectissimâ sua conjugæ, Magnifici,
quondam, clarissimi & consultissimi viri, *Dn. Laurentij*
Kirchovij, Jurisconsulti per Germaniam celeberrimi,
Professoris hujus nostræ Academiæ famigeratissimi, Fi-
liâ *Justina Kirchovia*, quæ & ipsa est *de àzijs*, orbave-
rat: animum suum & conjugium ad piam & optimam
feminam *Ursulam Koltzoviam*; quæ hujus p. d. unica
soror erat, honestissimi viri, *Nicolai*, prudentissimi *Dn.*
Cassaris Heermans, p. m. Senatoris dignissimi, Filij vi-
duam, hujusq; sanctos amores applicuit; cum qua ta-
men paucis mensibus vixit. Sed hæc pia & optima Fe-
mina *Elisabetha Koltzovia*, Mariti dulcissimi mortem
nunquam non, gemitu vocisq; , ut sibi cum ipso in æter-
nis gaudijs esse contingeret, prosecuta est. Visitare nos
Deus omnipotens multis modis consuevit: semper præ-
cepto suo & verbo: nonnunquam fame, peste, bello:
quarum cladum species aut potius formido quæ non
nostris cervicibus imminet? Alium visitat scorbuto,
alium cephalalgia, alium ophthalmia, hunc parotide,
illum colicis doloribus, alios alijs morbis. Visitavit &


hanc piè defunctam *Elisabetham*, dum viveret, Deus, modò hac, modò alia cruce. quas Domini correptiones, tanquam tempus visitationis suæ ipsa, Spiritu Sancto ducta, semper in vera poenitentia fideq; in Servatorem nostrum agnovit & sustinuit. Itaq; & verbum Dei animo optimo audiebat assiduè: & rem domesticam curabat piè: Patri seni ac viduo, omnia pietatis, quæ quidem ab optimè educata & *Philosophyæ* filia proficisci poterant, exhibebat sincerè: & sacrosancta mensa Domini frequentissimè utebatur: & erga egenos magnificentissima erat. Verumtamen cum matrona hæc optima ad Phtisin & hecticam febrem, quasi hereditaria sibi mala, à natura disposita esset, & præterlapso anno intra trium mensium spacium, ob conjugis dulcissimi, sororis charissimæ; atq; ex hac nepotis svavissimi inopinatum ex hac vita obitum, immensos animi dolores & angores, surrepto animi sui plusquam dimidio, perpeffa esset; ad summam non tantum virium imbecillitatem perducta fuit, sed & priores, quarum paullo ante facta est mentio, infirmitudines, debilitatis cordis viribus, incrementum majus sumserunt. Cui languori non suffecit esse soli: quin & morbos alios, quasi subsidiarios milites, accerferet. Accessit enim febris putrida vehemens & contumax, modò quartanæ, modò tertianæ, modò hemitriteæ indolè seryans, omnem remediõrũ, etiam generosiorum, operam eludens, universumq; tum naturalium, tum animalium ac vitalium partium robur breviterum curriculo depascens: quæ & vitæ finem piissimæ huic, quæ longiore vita digna fuerat, Matronæ attulit: quem finem & ipsa in agnitione *Christi Domini nostri* piè

piè & placidè clausit, die hujus mensis 18. post meridiem,
& quidem, quod mireris, eo ipso vespere, eoq; ipso men-
sis die, fermeq; hora (id quod eam non solum optasse,
sed futurum quoq; affantibus dixisse, inaudivimus)
qua p. defunctus ejus maritus *Caspar Frisius* ante annum
hinc εν ευφημία decesserat. Hujus suæ Filia mortem,
quàm acerbè ferat Pater, vir amplissimus, quamq; grave
optimo illi Senatori & Seni fit, naturæ ordine inverso a-
gere: omnes, qui aliquid intelligunt, facile conjicere,
poterunt. Quid autem hîc agendum erit cum ipsi, tum
cœteris, qui hanc mortem lugent? Meritò Pater inge-
mit; meritò filiae dulcissimæ obitum deslet: & cur non?
Filiae oculos componit is, cui nascendi ratione compete-
bat, ut sibi à filia id officium supremum præstaretur. Fi-
liae exanime corpus loculo includi curat Pater, qui idem
sibi ab eadem fieri desiderabat: ut exequijs honestetur
Filia, dat operam Pater, qui sibi jampridem locum sepul-
chro destinarat. Sed mors non lacrymis redimitur,
non vincitur lacrymis: sperni potest, vitari non potest,
multò minus revocari. Cogitandum etiam hoc erit:
meritò nos Deo debere gratias, quod mortalem hanc
ærumnam fecerit: quæ cum alias tanta est, ut omnibus
sit formidabilis, tum hoc tempore modum excessit.
Gaudeamus ergò, novisse nos finem hujus ærumnæ:
scire nos, hujus belli, quod nobis hîc est exanclandum,
epilogum, verum esse pacis initium, ubi defessi requiem,
vulnerati sanitatem, capti libertatem, mortui vitam in-
venient; modò hîc tempus visitationis suæ agnoverint.
Efferentur autem hujus p. d. *Elisabethæ Koltzovia* exuvia
hodie h. I. humabunturq; in æde Mariana. Ad quod
funus pijsimæ hujus & erga egenos munificentissimæ
matro-

matronæ condecorandum, ut, loco & tempore confi-
tuto, omnes, qui nostram Jurisdictionem agnoscunt,
convenire non graventur, amicè rogamus; utq; tum inter
eundem tum aliàs semper Deum precentur, ut misereat-
tur nostri, ut Ecclesiam suam defendat, quam immani
odio hostes crucis Christi oppugnant, ut excutiat no-
bis profundum stertorem, det autem ut diem visitatio-
nis agnoscamus, ut procul depellat à nobis barbara la-
trocinia, ne isti nidi, qui præbent Ecclesiæ hospitia,
siant stabula immanium Turcarum aut aliorum latro-
num, qui Christum oderunt: ut hæc, inquit, & id ge-
nus plura, quæ ad hujus & futuræ vitæ salutem proficua
sunt, à Deo opt. max. serijs precibus petant, serio hor-
tamur. P. P. sub sigillo Rectoratus nostri; Dominica
Christi fundentis lacrymas propter interitum suæ gen-
tis, quæ est 21. Augusti dies, Anno Christi 1625.



Progr. 1625
Varta



GUSTAV KOCH
Buchbinderei
ROSTOCK.



essent: factum est, ut anno Christi 1602. De
disponente, præstantissimo viro juveni *Caspar*
gradum inter optimos hujus inclutæ Urbis ci-
raturum obtinenti, Spectatissimi *Dn. Nicolai Fr*
marij item patriæ Reip. civis, Fratri in manus
rabile matrimonium veniret. Quod conjugii
ne prole fuit; non tamen sine Sole esse unqua-
henfum est. Placidissima fuit hujus nostræ pie-
cum placidissimo marito annos 22. conjugalis
fima conjunctio. Quo exemplo, quaq; rei pu-
cōmmotus, *Nicolaus*, quem diximus, *Friese*, &
quam cum Mors lectissimâ sua conjuge,
quondam, clarissimi & consultissimi viri, *Dn*
Kirchovij, Jurisconsulti per Germaniam ce-
Professoris hujus nostræ Academiæ famigera-
lia *Justina Kirchovia*, quæ & ipsa est *ca. a. p. o. i. e.*
rat: animum suum & conjugium ad piam &
feminam *Ursulam Coltzoviam*; quæ hujus p-
soror erat, honestissimi viri, *Nicolai*, prudent
Casparis Heermans, p. m. Senatoris dignissim
duam, hujusq; sanctos amores applicuit: c-
men paucis mensibus vixit. Sed hæc pia & e-
mina *Elisabetha Koltzovia*, Mariti dulcissim
nunquam non, gemitu vocisq; ut sibi cum i-
nis gaudijs esse contingeret, profecuta est.
Deus omnipotens multis modis consuevit: s-
cepto suo & verbo: nonnunquam fame, pe-
quarum cladum species aut potius formido
nostris cervicibus imminet? Alium visitat
alium cephalalgia, alium ophthalmia, hunc
illum colicis doloribus, alios alijs morbis.

A 3

